



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 39. Northumbriæ Comitis molimina de Maria Henrici VIII. Filia custodiæ
danda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

SAC. XVI.

A.C. 1553.

§. XXXVIII.

*Joanna Graja regni hæc res ab Edu-
ardo declarata.**Burnet. l. 1. Itaque Rex testamento caverat, ut Joan-*
*t. 2. p. 341. na natu major Henrici suffolicæ Du-**Sanderus**l. 2.**Pallav. l. 13.**c. b.**cis Filia Regni hæres esset, ea autem
absque liberis decedente, secundo ge-
nita subrogaretur. Hæc testamenti ta-
bulæ ab omnibus Judicibus numero vi-
ginti quatuor firmatæ ad Cancellarium
deferebantur, ut ab eo etiam suo chiro-
grapho, ac sigillo munirentur, clamta-
men populo res gesta est, ne qua tumul-
tum occasio daretur. Aberatum Tho-
mas Cranmerus Cantuariensis Archi-
episcopos, cum autem magna apud Re-
gem auctoritate valeret, ad aulam ac-
cersebatur, ut & ipse hisce tabulis sub-
scriberet, quod quidem primo recula-
bat, certæ, ac legitimæ successionis jura
hoc pacto violari, neutquam æquum
esse existimans: cum vero Rex illum ad
familiare colloquium admitteret, eique
varias rationes proferret, præcipue vero
Religionis novæ periculum exponeret,
assensum & ipse Cranmerus præbuit.
Ergo omnes regii Senatus Patres die vi-
gesima prima Junii hæc acta rata habent.*

§. XXXIX.

*Northumbriæ Comitis molimina de
Maria Henrici VIII. Filia cu-
stodiæ danda.*

In-

Interea cum adversa Regis valetudo in-Sæc XVI.

dies magis, magisque ingravesceret, A.C. 1553.

Northumbriæ Dux, ut de prospero con-
filii sui successu certior esset, Senatores
sollicitabat, ut Mariam Henrici VIII.

*Burnet &
Sander. l. c.*

Filiam rogarent, quatenus Regi gravi-
ter decumbenti assisteret, illiusque cu-
ram in se susciperet. Verum Dux hoc
pacto, ut fertur, hanc Principem custo-
diæ dare machinabatur, licet ejus con-
silia per repentinam Eduardi mortem
fuissent eversa. Interim Maria, cum Lon-
dinum properaret, jamque civitati pro-
xima esset, a suorum Ministrorum quo-
piam admonita fuerat, Regem cum mor-
te luctari, ipsi vero Londini periculum
parari. Hoc nuntio territa cceptum iter
deserit, atque ad arcem suam minime
munitam, quæ Kennigshalla dicitur,
omni celeritate se recipit, ibidemque
tamdiu inclusa permanxit, donec cer-
tior fieret, quod Rex obiisset.

§. XL.

Eduardi VI. Anglie Regis obitus. *Sleid. l. 25.*

p. 922.

Thu. l. c.

Sand. l. 2.

Enimvero Eduardus die sexta Julii anno
ætatis suæ nonnisi decimo sexto vi-
vis eripiebatur, postquam nonnisi septi-
mum a Patris sui obitu annum vita
superstes fuerat. Observabatur a cunctis, *Belcar.*
quod Eduardus vitam finierit eodem *Pallav. hist.*
Mense, eodemque prorsus die, quo Hen-*Conc. Frid.*
l. 13. c. 6.

Pp 3 ricus n. 5.